

Petrus de Vinea

*Ep. V 55 (Thomasius de
Sabaudia comes, dilectus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 55 (Thomasius de
Sabaudia comes, dilectus...)*

dicembre 1248

Eidem, de captiuis liberandis iuxta priorum continentiam litterarum.

1. Thomasius de Sabaudia comes, dilectus affinis et fidelis noster, suis litteris nostrae exposuit maiestati, quod, licet apud Taurinum ad ipsius supplicationem tibi dederimus in mandatis, ut quosdam captiuos, quos ad se pertinere nunc asserit, deberes a carceris uinculo liberare, tu postmodum plures alios captiuos, de quibus maiestatis nostrae mandatum simile recepisti, liberare, prout ipse descripsit, penitus obmisisti. 2. Ob quorum liberationem, quia comes prefatus nuper serenitati nostrae humiliter supplicauit, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, si est ita, iuxta formam mandati nostri eosdem captiuos a nexibus carceris absolvere non obmittas.